Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



benedixit. Sabbatum.

Sine ulla contradictione qd minus est
a meliore benedicitur. Et hic quidem de
cimas morientes homines accipiunt.
ibi autem contestatur quia uiuit. Et ut
dictum sit per abraham et leui qui decimas accepit
decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris
erat. quando obuiauit ei melchisedech.
Si quoque consummatio per sacerdotium leuiticum
erat. populus enim sub ipso legem accepit. quid
adhuc necessarium fuit. secundum ordinem melchi
sedech alium surgere sacerdotem. et non secundum
ordinem aaron dici. Translato enim sacerdo
tio necesse est ut et legis translatio fiat.

I a Aeuia. audiui quasi uocem In septuagesima
magnam tubarum multarum in celo dicentium ad. v.
aeuia laus et gloria et uirtus deo nostro quia uera et
iusta iudicia eius sunt aeuia et iterum dixerunt aeuia.
R Aeuia Iudica iudicium meum et redime aeuia a ca
lumniantibus me aeuia. ij Vide humilitatem meam
et eripe me quia legem tuam non sum oblitus. a calumni
ij Vespertina oratio. eum a Ymnum cantate nobis
aeuia de canticis syon aeuia. quomodo cantabimus
canticum domini in terra aliena aeuia. Septuaginta
annos super flumina babylonis sedimus et fleuimus
dum recordaremur syon. aeuia ibi supendimus
organa nostra aeuia. In uitt adoremus dominum qui fecit nos.
In principio creauit deus celum et terram.
Terra autem erat inanis et uacua et tenebre
super faciem abyssi. et spiritus dei ferebatur super aquas.